

## P R A E F A T I O.

calamitatum populi Israëlitici recenset hanc etiam, quòd obliuioni tradidissent beneficia Dei, inquit: Obliti sunt Deum, qui saluauit eos, qui fecit magnalia, mirabilia & terribilia, & non crediderunt Verbo eius, murmurauerunt, & non obedierunt uoci Domini: ideo eleuauit manum eius super eos, & prostrauit eos. Cumq; experiamur quotidie, omne nostrum malum oriri ex obliuione auctorum, ex qua securitas originem trahit, & ex securitate in rebus secundis persuasio &  $\delta\omega\gamma\alpha$ , ex persuasioe arrogantia & superbia, ex arrogantia temeritas & audacia, ex temeritate perturbatio rerum, & aliquid noui comminiscendi & introducendi conatus, & ex hoc conatu multiplex scandalum, quòd citius enascitur & crescit, quàm sopiri & auerti rursus potest, idcirco reducendi sunt animi nostri, & in primis iuuentutis teneræ, & mirum in modum passim neglectæ, ad fontes atq; principia, siue ad ea, quæ Deus antea apud nos incepit gratiosè, continuauit potenter, perfecit mirabiliter atq; feliciter, ut memores illorum, nunc quoq; discamus amare Dei Verbum,